



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XIV. Nona apparitio facta recumbentibus vndecim Apostolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

ET ASCENS. CHRISTI. 511
CAPVT XIII.

Octauo apparet Iacobo, & postmodum D. Paulo.

VERITAS. 1. Cor. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium,
quod predicavi vobis, quod & accepistis, in quo &
statis, per quod & saluamini: qua ratione predica-
uerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tra-
dididi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam
Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum
Scripturas: & quia sepultus est, & quia resurre-
xit tertia die secundum scripturas: & quia visus
est Cepha, & post hoc undecim. Deinde visus
est plus quam quingentis fratribus simul: ex
quibus multi manent usque adhuc, quidam autem
dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde
Apostolis omnibus: Nouissime autem omnium
tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim
minimus sum Apostolorum qui non sum dignus vo-
sari Apostolus, quoniam persecutus sum Eccle-
siam Dei.

CAPVT XIV.

Nona apparitio facta recumbentibus undecim Apostolis.

VERITAS. Marc. 16. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
20. Nouissime recumbentibus illis undecim
apparuit: & exprobrante incredulitatem eorum,
& duritiam cordis: quia is qui viderant eum
resurrexisse: non crediderunt. Et dixit eis:
Euntes in mundum uniuersum predicate Euan-
gelium

gelium omni creatura. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: in nomine meo demonia eijcent: linguæ loquentur novis: serpentes tollent: & scorpionum quid viderint, non eis nocebit: super agros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei. Illi autem perfecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

CAPVT XV.

De vltima apparitione facta in monte, & ipsa ASCENSIONE CHRISTI ad celos, & primo in FIGURIS.

FIGURAE. I. Abelis iusti sanguis ascendit & clamat in caelum. Genes. 4. 10. Dixit q; ad eum: quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

2. Henoch iustus assumitur à Domino. Genes. 5. 24. Ambulauit q; cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Eccles. 44. 16. Henoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus poenitentiam.

3. Iacob egreditur de terra peregrinationis cum duabus turmis, cui occurrunt castra Dei. Gen. 32. 1. 2. Iacob quoq; abiit itinere quo ceperat fuerunt q; ei obviam Angeli Dei. Quos cæcis vidisset, ait: castra Dei sunt hæc; & appellavit nomen illius.